

20

3.5.1946

Il procuratore generale della Società sacerdotale della Santa Croce, Alvaro del Portillo, chiede alla Sacra Penitenzieria Apostolica che tutti i membri del suo istituto possano lucrare l'indulgenza di 500 giorni ogni volta che baceranno il Crocifisso, eretto negli oratori della Società, o lo venereranno con le loro preghiere; e l'indulgenza plenaria nei giorni dell'Invenzione ed Esaltazione della Croce toties quoties per tutti coloro che visiteranno l'oratorio.

Sociedad Sacerdotal
de la
Santa Cruz

Beatissime Pater,

Infrascriptus, Alvarus del Portillo, sacerdos, *Societatis Sacerdotalis Sanctae Crucis* Procurator Generalis, ad Sanctitatis Vestrae pedes humiliter provolutus hanc, filiali fiducia compulsus, enixis precibus implorat gratiam:

Cum hanc nostram Institutionem tam fine et origine quam et nomine pensis, maxima devotione ac pietate Salutis Signum prosequi ac venerari deceat; cumque, hunc in finem, in omnibus Consociationis nostrae sacellis ligneum Crucis Signum exstet, a propriis locorum Ordinariis plerumque, consuetis indulgentiis ditatum; laudabili consuetudine similiter perspecta, qua sodales nostri continua pietate hoc Signum Crucis « iudaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam », laetitiam vero atque honorificentiam nobis saepe deosculari solent, memores Sacrosanctae Domini Iesu Passionis, necnon sacrificii et deditiois quam ipsi, vocatione apostolica moti, pro viribus prosequi intendunt; cum denique deceat ut in ipsos, consolationis, devotionis ac fortitudinis causa, descendant thesauri gratiarum in Ecclesia absconditi,

Sanctitati Vestrae humillime deprecor ut haec gratia nobis impertiat, lucrandi nimirum indulgentias 500 dierum quoties praefatum Crucis Signum, in Oratoriis nostris erectum; deosculari contingat vel iaculatoriis orationibus venerari; necnon Plenariam Indulgentiam diebus Inventionis et Exaltationis Sanctae Crucis consuetis condicionibus toties quoties lucrandam ab iis omnibus qui sacellum visitaverint (1).

Et Deus...

Alvarus del Portillo
a secr., Proc. Generalis

Romae, e domo nostra, C. del Rinascimento, 49, Inventioni Sanctae Crucis festiva die sacra an. 1946.

Archivio della Sacra Penitenzieria Apostolica, posizione n° 7502/46.

(1) La richiesta di Alvaro del Portillo reca, sullo stesso foglio e vergata a mano, la commendatizia dell'Ordinario di Pamplona con queste parole: « Preces enixe commendamus, † Marcellinus Eppūs Pampilonensis praesens in Curia ».